



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Capitulum de honoranda sede apostolica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-19366**

## CAPITVLVM

### DE HONORANDA SEDE APOSTOLICA.

Cecil.  
 Tribur. c.  
 30.  
 Burchard.  
 lib. 1. c.  
 110.  
 Iro par. 5.  
 c. 50.  
 Gratianus  
 dist. 19. c.  
 3.

**I**N memoriam beati Petri Apostoli honorem sanctam Romanam & apostolicam sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, feramus & pia deuotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet, siue sit Presbyter siue Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab

apostolica sede detulisse epistolam vel aliud quid quod inde non conuenient, salva fide & integra circa Apostolicum humilitate penes Episcopum sit potestas utrum eum in carcerem aut in aliam detrudat custodiam usquequo per epistolam aut per idoneos suæ partis legatos apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur discernere quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire, ut & is corrigatur, & ceteris modus imponatur,

### CAPITVLARE EPISCOPORVM.

Hæc sunt capitula ex diuinarum scripturarum scriptis, quæ electi sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt.

#### INCIPIVNT CAPITVLA.

- |   |  |
|---|--|
| 1. <b>V</b> T sacerdotes assiduè orent pro Domino Imperatore. | pretium non exigant.   |
| 2. Vt orent pro Episcopo suo.                                 | 13. Vt in qua ordinati sunt Ecclesia permaneant.                 |
| 3. De cura Ecclesie & sacrarum reliquiarum.                   | 14. Vt ebrietatem in se & in aliis carveant.                     |
| 4. Vt euangelium Christi populo predicent.                    | 15. Vt cum extraneis mulieribus non habitent.                    |
| 5. Quenam populo præcipuè insinuanda sint.                    | 16. Vt fidei iussores non sint, & secularia iudicia non adeant.  |
| 6. De decimis à populo dandis.                                | 17. De possessione triginta annorum.                             |
| 7. Quomodo dividenda sint decime.                             | 18. Vt arma non gerant, nec lites moveant.                       |
| 8. Vt officia diuina competentibus horis non prætermittant.   | 19. Vt tabernaculis non ingrediantur.                            |
| 9. Vt Missas extra Ecclesiam non celebrent.                   | 20. Vt à iuramento abstineant.                                   |
| 10. Vt congrua tempora baptismi seruentur.                    | 21. Vt penitentiam consentientibus & viaticum infirmis tribuant. |
| 11. Vt infirmi quolibet tempore baptizentur.                  | 22. De unctione infirmorum.                                      |
| 12. Vt pro baptismo & aliis spiritualibus                     |  |

#### INCIPIVNT SVPRASCRIPTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

*Vt sacerdotes assiduè orent pro Domino Imperatore.*

**I**N cunctis sacerdotibus precibus assiduè pro vita & imperio Domini Imperatoris & filiorum ac filiarum salute orent.

Tom. I.

*Vt orent pro Episcopo suo.*

II. Vt unusquisque sacerdos quotidianis assistat orationibus pro Pontifice cuius gubernatur regimine.

*De cura Ecclesie & sacrarum reliquiarum.*

III. Vt unusquisque sacerdos Ecclesiam suam cum omni diligentia ædificet;

Z ij